Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ad hebreos

mandati carnalis factus est
i. institutus sicut etiam institutio
sacerdotis veteris legis secundum
virtutem vite insolubilis. i. eterne
ne quod declarat per scripturam dicens
Contestat enim ipsa scriptura
de xpo Tu es sacerdos in eternum
secundum quod sequitur Reprobatio
quidem. i. euacuatio sit precedentis
mandati. i. veteris legis quia
fuit prior nova ordine temporis
non tamen ordine dignitatis quia
non perfecta per cedunt perfecta in tempore
et subdit causam euacuationis
propter infirmitatem eius et inutilitatem Dicit enim lex veteris infirma
qua non potuit inducere
ad beatitudinem que est finis legis
divine dicit ea autem inutilis quia
non conferebat gratiam helebat
tamen humilitatem in quantum retrahebat ab idolatria et disponebat ad xpm sic eius figura
et propter hoc subdit Nichil enim ad
perfectum adduxit lex quia non conferebat perfectionem gratie et glorie
sed hec reservabat perfectionem legis
nove que confert utrumque et hoc
est quod subdit Introductio vero melioris spei per quam propinamus
ad deum Et quantum est Ostensa excellencia sacerdotii xpi ad
sacerdotium leviticum per id quod iuramento promissa dicit secundum ordinem
melchisedech Hic commendat idem
ordinem per hoc quod ibidem dicit
Iuravit dominus et argumentum Hic
illud quod statuit sub iuramento
firmius est quia illud quod statuit
sine iuramento vinde et iuramentum divinum signum est certissimum sui consilii quod est immutabile ut dictum est capitulo 6 Sacerdotium autem xpi institutum est a deo sub
iuramento ut patet per scripturam
psalmo 109 Iuravit dominus et non pe
nitebit eum ie Sacerdotium
autem leviticum sine iuramento
institutum est a deo ut patet Exo 28
ubi dicit sic Applicabis fratrem tuum
aaron cum filiis suis de medio
filiorum israel ut sacerdotio fungantur
mihi ie et ibi nullum mentionem
iuramentum divinum quod sacerdotium xpi firmius et excellentius
est sacerdotio leviticio et hoc
est quod dicit hic Et quantum est hoc
sine iureiurando quod dicit aliquantum est valde quod sacerdotium xpi non
est instituendum sine iuramento
divino quia non sic factum est
de sacerdotio veteris legis propter
quod subdit Alii quidem sine
iureiurando sacerdotes facti
sunt sicut in veteri lege hic autem
i. xpus cum iureiurando institutus est per eum. i. per patrem qui
dicit ad illum Iuravit dominus ie
et quia sacerdos medius est
inter deum et populum et efficit populum
non deum et beneficia dei ad populum
Ideo quanto melius est sacerdotium
xpi tanto meliora beneficia per
eum permittuntur populo et hoc est
quod dicit hic tanto melioris testamenti secundum legem testamenta